

rum, beati Nicolaj Pontificis, beatarum Katerine et Margarete virginum, beate Marie Magdalene in die dedicationis ipsius altaris, aut in anniuersarijs eiusdem diej causa devotionis accesserint, aut quj prelibato. Altarj pro suis ornamentis luminaribus vel alijs suis necessarijs manus perrexerint adiutrices, aut in extremis laborantes quicquam suarum legaverint facultatum. Nos de omnipotentis Dej misericordia, et beatorum Petrj et Paulj Apostolorum ejus auctoritate confisi singulij, singulas dierum qvadragenas de iunctis sibj penitentijs, dummodo consensus diocesanj ad id accesserit, in domino misericorditer relaxamus. Jn cuius rej testimonium presens scriptum Sigillorum nostrorum Munimine duximus roborandum. Datum Rome Idus Decembris Anno Domini .M°.CC°.LXXX°.IX. Pontificatus Dominj Nicolaj Pape IIII anno Secundo.

Sigillen: 2, 5, 8, 9 i rödt vax å röda och gula silkestrådar, finnas, något skadade; de öfriga bortfallna.

1009.

1289 d. 19 Dec.

Rom.

Påfven NICOLAUS IV:s Skrifvelse till Biskopen i Strengnäs om det på Konung Magni begäran beviljade giftermålstillstånd för Helga, Konungens anförvandt, och Rörrik Birgersson.

F. 1. 334. An. 2. Ep. 699.

*Nicolaus IV. instante Rege Svetiae Strenginensi Episcopo committit dispensationem a 4:o Consanguinitatis gradu pro Matrimonio ineundo inter Halgham Regi consanguineam, ac Roricum Birgeri Upsalensis Dioecesis.*

*Nicolaus &c. Venerabili Fratri . . . Episcopo Strenginensi Salutem &c.*

Cum summus Pontifex collatis sibi in persona Beati Petri ab eo, qui eterna providentia celestia simul, et eterna disponit clavibus Regni celestis ligandi obtineat pontificium, et solvende nonnumquam supra ius de iure dispensans necessitatis vinculum quo ad ipsius iuris observantiam cuncti tenentur, laxat provide de sue potestatis plenitudine circa quosdam, cum urgens necessitas exigit, vel evidens necessitas id exposcit. Sane significavit nobis carissimus in Christo filius noster M. Rex Svetie, et Gothorum Illustris, quod licet dilecta in Christo filia Nobilis Mulier Halgha Animidi tue Dioc. eiusdem Regis consanguinea legitimo uti desideret consortio maritali, tamen in Regno Swetie aliquis nobilem ipsam gradu consanguinitatis, aut affinitatis ad contrahendum Matrimonium prohibito non contingens nequit comode inveniri, qui conditione status predicte Nobilis, ac originis nobili-

tate pensatis dignus eius copula, sive suis convenire sponsalibus videatur. Vnde cum dil. filius Nobilis vir Roricus Birgheri Vpsalen. Dioc. qui de Regno predicto existit, et Halgha predicta cupiant insimul matrimonialiter copulari, nec Roricus, et Halgha predicti possunt extra Regnum nubere supradictum absque Regis et Regni predictorum gravi dispendio, et jactura, et quia ipsi quarto consanguinitatis gradu ad invicem sunt coniuncti, et quondam Nobilis vir Magnus Regnaldi maritus eiusdem Halghe dicto Rorico eodem gradu dum viveret attinebat ad contrahendum matrimonium huiusmodi procedere nequeunt sine apostolice Sedis licentia speciali. Quare pro parte ipsius Regis fuit nobis humiliter supplicatum, ut cum pro eo quod idem Roricus quibusdam capitalibus inimicis dicti Regis adheret fomes odii, et rancoris in ipsius Regis, et eiusdem Rorici mentibus radicate noscantur, qui siquod absit incrementum susciperet, gravia possent in Regno predicto scandala, et guerrarum pericula suscitari, et speretur, quod per coniunctionem Rorici et Halghe predictorum fomes odii, et rancoris huiusmodi extinguetur, et pax, et tranquillitas proveniet ipsi Regno, providere super hoc Rorico et Halghe prefatis de oportune dispensationis gratiam misericorditer dignaremur. Nos itaque attendentes fidem, et devotionem eximiam, quam idem Rex ad Nos et Romanam gerit Ecclesiam, et ob hoc votis eius in hiis que digne possumus annuere favorabiliter cupientes, ac de circumspectione tua gerentes in Domino fiduciam pleniorum Fraternitati tuper apostolica scripta mandamus, quatenus premissis veris existentibus super quibus tuam intendimus conscientiam onerare, cum Rorico, et Halgha prefatis, quod gradu, et affinitate predictis, quibus sunt coniuncti nequaquam obstantibus possint matrimonium insimul licite contrahere, ac in contracto libere remanere auctoritate nostra dispensare procures, prout secundum Deum videris expedire. Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem XIII. Kalend. Januarij Anno Secundo.

1010.

1209 d. 5 Jan.

Hwetlanda.

Biskopen i Linköping, Hertig BENGTs Bref till Invånarne i åtskilliga socknar i Njudingen och Östbo, hvilka för svårt väglag ej kunnat i tid fransföra den Nydala kloster anslagna Biskops tionden, med befallning att de den samma årligen före Kyndelsmässan aflemlna.

A. 3. x. 1.

BENEDICTUS dei gracia lincensis episcopus dux finlandie Parrochianis omnibus de alsidum myrisbodom skiri, nesyohult. Limandahult. Myrisio, nevilsyo,